

Bednaříková, Jarmila

Jubilaum professoris historiae antiquae

Sborník prací Filozofické fakulty brněnské univerzity. N, Řada klasická.
1998-1999, vol. 47-48, iss. N3-4, pp. [5]-9

ISBN 80-210-2348-1

ISSN 1211-6335

Stable URL (handle): <https://hdl.handle.net/11222.digilib/114078>

Access Date: 28. 11. 2024

Version: 20220831

Terms of use: Digital Library of the Faculty of Arts, Masaryk University provides access to digitized documents strictly for personal use, unless otherwise specified.

JARMILA BEDNAŘÍKOVÁ

JUBILAEUM PROFESSORIS HISTORIAE ANTIQUAE

Anno MCMXCVIII professor emeritus Facultatis philosophicae Universitatis Masarykianae Brunensis Josef Češka, DrSc., lustrum quintum decimum vitae suae in pleno animi vigore complevit. De hoc viro doctissimo et de operibus ab eo adhuc confectis in volumine isto pauca referre volumus.

In oppido Moraviae Kuřim pridie Nonas Apriles natus, eruditionem superiorem primo in scamnis Gymnasii Tišnoviensis accepit. Anno MCMXLII examen maturitatis sustinuerat; sed studia continuare, ut optabat, rebus in patria nostra tum pessimis impediabatur, nam tempore occupationis Hitlerianae omnes universitates studiorum in Bohemia Moraviaque clausae erant. Post annos bellicos, cum portae earum rursus apertae essent, J. Češka studiosus Universitatis Masarykianae Brunensis factus est, in qua historiae philologiaeque classicae studebat, viris in disciplinis ab eo electis litteratissimis, ut professores Ferdinand Stiebitz, František Novotný, Jaroslav Ludvíkovský, Gabriel Hejzlar, Josef Macůrek, Jindřich Šebánek, Emanuel Šimek, Rudolf Urbánek et alii erant, in hac schola doctibus.

Anno MCML, cum opus „Imperium Etruscorum Romae“ appellatum propo-
suisset, dignitatem philosophiae doctoris adeptus est. Gradum candidati scientiarum (CSc.) appetens opus de usu vario laboris servilis condicionibusque vitae servorum in Italia saeculo primo secundoque p. Chr. n. confecerat et gradum supra commemoratum anno MCMLVIII assecutus est. Eodem tempore munere assistentis academici Facultatis philosophicae Universitatis Brunensis fungebatur et post opus „Dissensiones sociales in imperio Romano Constantio Secundo imperante“ efficienter in colloquio sustentum veniam docendi historiam antiquitatis anno MCMLXIII obtinuit. Hic gradus autem non ultimus ab eo adeptus erat. Lustrum fluxo professor historiae antiquae nuncupatus est, anno MCMLXXXIV doctoris scientiarum etiam honorem (DrSc.) impetravit.

In Facultate philosophica Universitatis Brunensis annos viginti Instituto cultus atque humanitatis aevi antiqui (hodie Institutum studiorum classicorum) praeerat, septem annos unus de prodecanis fuit. Anno MCMLXXXVIII J. Češka

in otium discessit, ut autem non minus ad disciplinam suam animum attentum teneret, quiete merita perraro perfruens.

Magistri huius praestantis opera permulti studiosi historiae et philologiae classicae non solum res gestas Graecorum Romanorumque, sed etiam nationum Orientis antiqui historiam cognoscebant ac non pauci eorum Iosephi Češka auditionum gratia amatores historiae antiquitatis facti sunt. Tam alumni academici quam collegae eius professoris Češka artem splendide Latine scribendi admirabantur et adhuc admirantur.

In scriptis suis usque ad hoc tempus J. Češka praecipue quaestionibus imperii Romani exeuntis incubuit, quamquam et thematibus historiae Romanae prioris nec non rebus gestis Graecorum veterum se tradidit. Praesertim in campo antiquitatis finientis investigandae magni aestimatur non solum domi, sed etiam extra fines rei publicae nostrae. Problemata varia historiae Graeco-Romanae viis et rationibus historicis, philologicis nec non rationibus ingeniosis artis criticae textualis explicare solet.

Primus in patria nostra professor Češka omnes libros Ammiani Marcellini, scriptoris rerum gestarum antiquitatis extremae notissimi, qui nobis supersunt, in linguam Bohemicam convertit ac non raras novas lectiones textus passim obscuri, quae internationaliter accipiuntur, proposuit. Hodie editio altera translationis huius Bohemicae in melius effecta typis, si redemptorem invenerit, mandari potest.

In numero operum eius aliqua rebus oeconomicis socialibusque imperii Romani, servis et condicionibus vitae eorum, ut iam supra memoratum est, sive urbibus contra latifundia statum suum oeconomicum difficiliter defendentibus dedita inveniuntur, alia quaestiones politicas historiae Romanae tractant, e.g. dictaturam Sullanam vel odium tyrannidis, quod cives Romani temporibus rei publicae liberae viventes praestabant; praecipue autem libri duo de evolutione generali in imperio Romano tempore antiquitatis exeuntis eruditissime disserentes hic dicendi sunt, annis MCMLXXVI et MCMLXXXVII Brunae editi. Idem thema J. Češka in libro quoque explicat, cuius editio Pragae nunc paratur. In opere anno MCMLXXIII publicato artem criticae textualis haud facilem cum multis exemplis practicis excellenter explanare scivit.

Praeclara scripta professoris nostri item relationes rei publicae Romanae atque ecclesiae Christianae vel primordia Christianitatis et quaestiones eorum solvendas pertractant. Imprimis liber „Res publica Romana ecclesiae catholica saeculo IV p. Chr. n.“ proferendus est praeterea e.g. opera eius de vita et logiis Iesu Christi, non minus autem et liber novissimus, anno superiore publicatus, in quo multa problemata ad ecclesiam Christianam in imperio Romano pertinentia dialogorum forma exponuntur; quaestiones professori Češka Jiří Hanuš ponebat, qui simul hoc opus edendum curavit.

Haud paucae editiones auctorum Graecorum et Latinorum in linguam Bohemicam translatorum praefationibus vel epilogis, quibus a Iosepho Češka affectae sunt, amplitudinem litterarum eius insignem bene demonstrant. Deinde participatio eius operum, quibus omnes cultores antiquitatis classicae nec non praehistoriae humani generis uti solent – Encyclopaediae antiquitatis Graeco-Romanae Encyclopaediaeque archaeologiae – commemoranda hic est, parique

modo et inscriptionum Latinarum aetatis imperii Romani, quae in Slovacia aservantur, editio accuratissima, quam J. Češka una cum collega suo professore Radislauo Hošek fecit, cuique auctores etiam omnium titulorum, quos continet, interpretationem Bohemicam addiderunt.

Professor Josef Češka inter investigatores historiae Graeco-Romanae optimos sine dubio numeratur. Ingenio, inventione, industria nec non disciplina hominis veritati scientificae semper dediti feliciter praeditus est.

Nos, collegae et amici eius, pro certo credimus eum in thesaurum scientiae nostrae – salute prospera gaudens, quam ei omnes sincerrime optamus – etiam multa eximiaque laturum.

Sequitur conspectus operum Josephi Češka ab anno MCMXC incipiens. (Opera priora in SPFFBU E 33, 1988, pp. 9–19, inveniri possunt.)

Sigla bibliographica:

EL = Echo Latina; LF = Listy filologické; SPFFBU = Sborník prací Filozofické fakulty brněnské univerzity: E – řada archeologicko-klasická, N – řada klasická; Zprávy JKF = Zprávy Jednoty klasických filologů.

1990

Židé v konfrontaci se starověkým světem a Flavius Iosephus. Předmluva ke knize Flavius Iosephus, Válka židovská I – Válečná předehra (přel. Jaroslav Havelka a Jaroslav Šonka). Antická knihovna, sv. 60. Svoboda Praha 1990, 7–32.

1991

Paralely mezi evangelijními Ježíšovými výroky a Pavlovými listy a problematika jejich vzájemné závislosti (Die Parallelen zwischen den evangelischen Jesusworten und den Paulusbriefen und die Problematik ihrer gegenseitigen Abhängigkeit). Příspěvky k dějinám křesťanství, Praha 1991, 1–24.

De Pauli Orosii quasi oecologica improvidi facinoris aestimatione. Speculum Antiquitatis Graeco-Romanae (Studia Ioanni Burian sexagenario oblata), Praha 1991, 62–67.

Kolikrát se Etruskové zmocnili Říma? EL 1991, č. 2, 6–9.

Latinské nadávky v textové kritice. EL 1991, č. 3, 8–14.

Athény před dvěma tisíci pěti sty lety. EL 1991, č. 3, 30–35.

Ioannes Šprincel Non. Nov. a. 1989 diem supremum obiisse nuntiatur. Zprávy JKF XXXIII, 1991, 63–65.

Nad kenotafem Vladimíra Groha k 50. výročí jeho smrti. EL 1991, č. 1, 5–10.

Nugae oblectoriae. EL 1991, č. 1, 89–91.

Menander, Sentenzen, übertragen von Siegfried Jäkel mit 22 farbigen Tuschzeichnungen von Rolf Münzner. Teubner Leipzig 1986. SPFFBU, E 36, 1991, 158–159.

Alexander Demandt, Die Spätantike – Römische Geschichte von Diocletian bis Justinian 284–565 n. Chr. Handbuch der Altertumswissenschaft, III. Abt., 6. Teil. München 1989. SPFFBU, E 36, 1991, 159–162.

M. Cornelii Frontonis Epistulae. Schedis tam editis quam ineditis Edmundi Hauleri usus iterum edidit Michael P. J. van den Hout. Teubner Leipzig 1988. SPFFBU, E 36, 1991, 162–163.

Censorinus, Betrachtungen zum Tag der Geburt. „De die natali“ mit deutscher Übersetzung von Klaus Sallmann. Teubner Leipzig 1988. SPFFBU, E 36, 1991, 163–164.

Hannelore Gärtner, Kleines Lexikon der griechischen und römischen Mythologie. Leipzig 1989. SPFFBU, E 36, 1991, 165.

Československá studia o antickém světě, jazyce a kultuře v bibliografických přehledech vydaných v zahraničí. SPFFBU, E 36, 1991, 165–166.

1992

Santo Mazzarino, Storia sociale del vescovo Ambrogio. Problemi e ricerche di Storia antica 4, Roma 1989. Eirene XXVIII, 1992, 138–139.

1993

Quid Ammianus Marcellinus XVII 7,6 voce pietatis usus cogitaverit? (Co měl Ammianus Marcellinus XVII 7,6 na mysli při užití výrazu „pietatis“?). Acta Universitatis Carolinae – Philologica 2, Graecolatina Pragensia XIV, 1993, 37–43.

Duae Ammianeus textus (XV 5,5 et XXVIII 4,11) emendationes praeteritis simpliciores (Dvě emendace Ammianova textu [XV 5,5 a XXVIII 4,11] jednodušší než předchozí). SPFFBU, E 38, 1993, 163–168.

Politické procesy v pozdně římském soudnictví (Quomodo in iudiciis Romanis aevo antiquo exeunte cives cum licentia potentium dissentientes tractati sint). Auriga – Zprávy JKF, XXXIV (1992) – XXXV (1993), 5–11.

1994

War der Astrologe Heliodorus Oberkämmerer des Kaisers Valens? (Byl astrolog Heliodorus vrchním komorníkem císaře Valenta?). SPFFBU, E 39, 1994, 139–145.

Ošidnost překladů a překladatelské svízele. EL 1994, č. 3, 7–12.

1995

De erroribus a scribis editoribusque tam infeliciter commissis, ut Ammianus Marcellinus immerito interdum stultus videatur (O písářských a editorských chybách znevažujících vzdělanostní úroveň Ammiana Marcellina). LF 118, 1995, 8–19.

Historické biografie, Plútarchos a jeho přínos k poznání antických dějin. EL 1995, č. 1–2, 4–10.

1996

Iubilaeorum commemoratio. SPFFBU, N 1, 1996, 105–109.

1997

Quales novae lectiones quaestionesque Ammianeae in tomo editionis Franco-gallicae tertio patefiant. SPFFBU, N 2, 1997, 53–63.

Prosa rhythmica in auctoris anonymi De rebus bellicis opusculo (Rytmizovaná próza ve spise neznámého autora De rebus bellicis). Graecolatina et Orientalia, XXV-XXVI, Bratislava 1997, 107–113.

Interview o pádu římské říše a o prvních stoletích středověku. Otakar Mališ, Čítanka světové literatury, 1. díl, SPN Praha 1997, 24–38.

Politika, víra a christologie na sklonku starověku. Teologický sborník (CDK Brno), 2/97, 68–76.

Zemřel Karel Čupr. Auriga – Zprávy JKF, XXXVIII (1996) – XXXIX (1997), 89–90.

Joachim Szidat, Historischer Kommentar zu Ammianus Marcellinus Buch XX-XXI, Teil III: Die Konfrontation (Historia-Einzelschriften, Heft 89), Stuttgart 1996. LF 120, 1997, 161–164.

1998

Jiří Hanuš, *Od katakomb ke světové církvi*. Rozhovory s historikem starověku Josefem Češkou. CDK Brno 1998, 146 stran.

Jarmila Bednaříková

